

CHARLES VII,
à Paris,
en Novembre
1437.

en France & chacun d'eulx, sans leur faire ou donner, ne souffrir estre fait ou donné ès choses dessusdictes ou aucunes d'icelles, quelconque destourbier ou empeschement au contraire; & afin que ce soit ferme chose & estable à tousjours, Nous avons fait mettre nostre Sêel à ces présentes, sauf en autres choses nostre droit & l'autrui en toutes. *Donné à Paris, ou mois de Novembre, l'an de grace mil cccc trente-sept, & de nostre regne le XVI. Ainsi signé: Par le Roy en son Conseil. J. MILET.*

Collation est faite.

CHARLES VII,
à Paris,
en Novembre
1437.

(a) Lettres de Charles VII, par lesquelles il confirme les Privilèges des Monnoyers du Serment de l'Empire.

KAROLUS, Dei gratiâ, Francorum Rex, notum facimus universis presentibus & futuris, Nos Litteras, celeberrime recordationis carissimi Domini Genitoris, ac in eis insertas Avi nonnullorumque aliorum Predecessorum nostrorum Regum Francorum, Nobis per Operarios & Monetarios de Sacramento Imperii, in Regno nostro commorantes, exhibitas vidisse, formam que sequitur continentes.

KAROLUS, &c. (b)

Post quarum quidem exhibitionem Litterarum, prefati Operarii & Monetarii Nobis humilimè supplicarunt, quatinùs ipsas Litteras & omnia in eis contenta benignè confirmare dignaremur. Nos igitur hujusmodi Monetariorum & Operariorum supplicationi liberaliter annuentes, superiùs insertas Litteras; omniaque & singula in eisdem contenta, rata & grata habentes, volumus, laudamus, approbamus & de gratiâ speciali, plenâ potestate & auctoritate nostrâ regiâ, quatenùs ipsi Operarii & Monetarii de Regno nostro & de Sacramento Imperii, in eodem Regno commorantes, & ipsorum uxores, liberi & familiares, eis hactenùs usi sunt ritè, justè & debitè, juxta predictarum formam Litterarum, confirmamus per presentes. Quocirca universis Justiciariis, Officiariis & subditis nostris vel eorum Locatenentibus presentibus & futuris & eorum cuilibet, earundem Litterarum tenore mandamus, districtiùs injungentes, quatinùs memoratos Operarios & Monetarios eorumque uxores, liberos & familiares, nostrâ presenti gratiâ & confirmatione uti & gaudere plenariè & pacificè faciant & permittant, absque eis inferendo vel inferri sinendo ullam turbacionem vel impedimentum; sed si secùs illatum fuerit, illud tollant & amoveant, tollique prorsùs & anoveri faciant indilate, visis presentibus, quarum Vidimus seu transsumpto sub Sigillo Castellèi aut alio autentico confecto, ut originalibus fidem indubiam volumus adhiberi. Quod ut firmum & stabile perpetuò perduret, nostrum presentibus fecimus apponi Sigillum; nostro in aliis & alieno in omnibus jure semper salvo. Datum Parisius, mense Novembris, anno Domini millesimo quadringentesimo tricésimo septimo, & regni nostri decimo sexto.

NOTES.

(a) Registre du Parlement intitulé: *Ordonnances Barbares*, coté D, fol. 212, r.^o & III.^o vol. des Ordonnances de François I.^{er} coté M, fol. 105, r.^o

(b) *KAROLUS, &c.* Ces Lettres de Charles VI, du mois d'Avril 1381, sont imprimées à la page 583 du VI.^o volume de ce Recueil.

